

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Eloquencia c

Et si iuxta Cassiodorum Super Psalmos,
“ille eloquens est

qui scit parva submisse,
media temperate,
magna granditer dicere,

qui scit
invenire preclare, enuntiare magnifice,

disponere apte, et figurare varie;”
sive, ut alibi dicit, “qui prohemiatur apte, narrat aperte,
arguit acriter, colligit fortiter, ornat excelse, docet,
delectat, et afficit;” – non erit orator qui tantum studuerit
Aristotelis Ciceronisque rhetoricas normas, sed qui
cunctarum facultatum fuerit limpide doctrinis imbutus.

Lucula noctis, 9 (E. Hunt ed., p.78, ll.196-204).

Eloquens est ille

qui scit parua submisse,
media temperate,
magna granditer dicere;

qui scit
inuenire preclare, enunciare magnifice,

disponere apte, et figurare uarie.

Cassiodorus super Psalmum LXXIII.

Manipulus florum, Eloquencia c

is erit igitur eloquens,
ut idem illud iteremus,
qui poterit parva summisse,
modica temperate,
magna graviter dicere.

Marcus Tullius Cicero, *Ad Marcum Brutum orator*,
28.101 (S.E. Sandys ed., p.108, ll.14-16).

nam
invenire praeclare, enuntiare magnifice
interdum etiam barbari solent,
disponere apte, figurare varie
nisi eruditis negatum est.

C. Plinius Caecilius Secundus (Minor), *Epistularum libri nouem*, 3.13.3 (M. Schuster ed., p.94, ll.14-16).